Dubitaret forte aliqs. qꝛ vr q B cautela nlla sit. qcũq; n. interrogat de necessitate iterrogat de aliq̃. ⁊ si ꝺ aliquo iterrogat ꝺtermiate iterrogat. ¶ Dõs q ſz oporteat interrogare de aliquo. illud tñ aliqd põt eẽ spãle ⁊ determinatuꝭ. vel generale ⁊ q̃si indeterminatum: vt si vellem q̃rere de lõgeuitate vite debem querere indeterminate ⁊ generalr vtrũ aialia sint lõgeua. nõ ãt deberem spãlr iterrogare de aliquo alĩ spãlr: vt puta de leone vtrũ sit lõgeuus. qꝛ querẽdo generalr cũ nesciat rñdens de quo aiali q̃rere velim qꝛ vane logꝰ: ⁊ nescit ad qd dirigat sermonem suũ. idco talis interrogatio est venatiua falsi ⁊ inopinabilis. qꝛ p eaꝭ habem idoneitates ad venandum ⁊ cõcludendum falsum ⁊ iopinabile. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et interrogare multa quamuis determinatũ sit ad quod disputat.

¶ Ponit 2am cautelã q oꝝ opponẽs iterrogare multa. quãuis determinatũ sit ppositũ ad qõ disputat. ¶ Notãdum

autem ꝙ ratio huius cautele est: qꝛ in multilogo non deerit peccatum: ⁊ in multis rñsionibus nõ de facili põt sibi rñdens cauere: gn in aliq̃ illarũ deficiat. dato ergo ꝙ determinata iterrogemus: debem⁹ tñ interrogare multa: vt inoluamus rñdenté. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Et ea que videntur dicere probare facit quãdã idoneitatẽ: vt ad iopinabile ducat: vl falsũ.

¶ Ponit cautelas sumptas ex rñsiõe rñdẽtis: ⁊ duo facit. Fm ꝙ duas tales cautelas ponit. 2⁰ ibi (Et si interrogat⁹) Dicit q̃ ꝙ pbare. i. approbare ⁊ cõmẽdare q̃ vñr rñdentes dñe facit quãdã idoneitatem vt opponẽs ducat rñdentes ad iopinabile vel ad fl'm. est q̃ B cautela ꝙ debem⁹ cõmẽdare dcã rñdẽtis. qꝛ tũc nõ credet nos aduersarios suos: ⁊ nõ cauebit sibi a nobis. pp qõ nõ ita diligenter terminabit q̃ dicet: fꝛ õ facili dimittet se ruere. ¶ Deide cũ dic.

¶ Et si interrogatus dicat aut neget aliquid horũ ducere ad que argumentari idoneus est.

¶ Ponit aliã cautelã. ⁊ duo facit. qꝛ p̃ ponit dictã cautelaꝫ 2⁰ ostẽdit qõ tali cautela ꝓ aliqñ male vti. scda ibi (Pñt aũt) Est q̃ alia cautela sumpta ex rñsione rñdẽtis. qꝛ si rñdens dicat aut neget aliqd hoꝛ q̃ opponẽs proposuit. opponens opoꝛtet ipm ducere ad ea ad que argumẽtari est idoneus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Possunt aũt nũc minus ledere p hoc q̃ pri⁹: exigunt enĩ qd hoc ad id quod est in principio.

¶ Ondit qõ tali cautela possum⁹ vti male. Ad cui⁹ euidẽtiã sciendũ ꝙ cũ transferrim⁹ nos ad aliud ꝓpositũ. ad qõ idonei sum⁹ arguere sic debem⁹ vti hac cautela ꝙ non videamur recessisse a ꝓposito. iõ latẽter B debemus facere ⁊ nõ debem⁹ notabilr discedere ab eo qõ ꝓposuimus: qꝛ si notabilr discederemus. possent nos ledere rñdẽtes. dõ nr̃a dcã nõ ek̃ ad ꝓpositũ. Jõ ait ꝙ rñdentes post B. i. post trãslatõem nõ min⁹ pñt nos ledere q̃ pus. qõ vezꝛ est si in caute trãsferam⁹ nos: qꝛ si fiat ĩ canta trãslatio exigũt respõdẽtes qd B ad id qõ ẽ in pn̄. sup. ꝓpositi. dicet ergo nobis ꝙ dicta nostra discordãt bis que ꝓponebantur in pn̄cipio. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Elemẽtũ autẽ eueniẽdi: aut ad falsũ aliquod aut iopinabile nullã statiꝫ interrogare positionez: sed cõfiteri ob hoc se interrogare quod discere velit: locum enim argumentatio facit cõsideratio hec facit.

¶ Ponit cautelã sumptã ex pambulis pcedẽtibus iterrogatiõem ⁊ rñsionẽ dicẽs ꝙ elm ⁊ documẽtũ eueniẽdi aut ad flꝫ aut ad iopinabile. est sup. ex bis q̃ pcedũt interrogationẽ ⁊ rñsionẽ. qꝛ statim nullã põnẽ. i. ꝓpõnẽ opponẽs dꝫ iterrogare: fꝛ dꝫ quedã pambula pmittere ⁊ cõfiteri ꝙ ob B se iterrogare desiderat qꝛ velit discere a rñdente. ⁊ subdit ꝙ hec ꝓsideratio siue B documẽtũ facit locũ. i. fac̃ viã argumẽtatõis. Nã si opponens dicit se interrogare: qꝛ velit discere rñdens nõ cauebit sibi ab eo: ⁊ ita magis habebit viã argumẽtãdi ꝗ ipm. ¶ Tũc segr̃ illa ps.

¶ Ad mẽtiẽtez autez ostendẽdũ ꝓprius loc⁹ sophisticus est ducere ad talia ad que abũdet orationib⁹: est autẽ ⁊ bene ⁊ non bene hoc facere: quemadmodũ dictum est prius.

¶ In q̃ postq̃ posuit cõia documẽta ad flꝫ ⁊ iopinabile: ponit ꝓpria documẽta ad ea. ⁊ duo facit. qꝛ p̃ dat idoneitatẽ ad ꝛcludẽdũ flm. 2⁰ ad cõcludendũ iopinabile. ibi (Rursum vt ꝙ extra) Dicit q̃ ꝙ ad ofendũ aliquẽ eẽ mẽtiẽtez ⁊ dñe flm. pri⁹ modus sophicus est ducere ipꝫ ad talia ad q̃ ipse opponẽs abũdet ofonib⁹. i. rõnib⁹ ⁊ argumentis. ⁊ subdit ꝙ B ẽ facere bñ ⁊ nõ bñ: quẽadmodũ ꝓus dictũ est: qꝛ si fiat caute: ⁊ notabilr recedatur a ꝓposito fit bene. si aũt B nõ fiat: fit nõ bene.

Dubitaret forte aliqs cuꝫ sophica sint obligtates artis: ⁊ taliũ non sit tradẽda notitia vt vtamur eis: fꝛ vt caueam⁹ illa: vñ ꝙ nõ spectet ad artez tradere cautelas: p q̃ ꝙ apti⁹ sophicare possimus. ¶ Dõm ꝙ si vellem⁹ sustinere viã cõem ꝙ B nõ tradet cautelas ꝗ reductõe ad quã p̃n' ordinanr̃ silli sophici ⁊ peccãtes in forma: possem⁹ dñe ꝙ nõ est sile de redarguẽdo ad q̃s p̃n' vñr ordinari silli peccãtes in foꝛ⁰ ⁊ de aliis metis ad q̃s forte nõ min⁹ ordinanr̃ silli peccãtes in mã: nã lꝫ dialectic⁹ nõ ꝓprie possit vti sillo peccãte in foꝛ⁰. dialectic⁹ tñ vt ẽ obuiatiuus possit vti pp ignorãtiã rñdentis sillo peccãte in mã. dialectica. n. sic accepta vt supius dicebat põt sillogizare flm pp ignorãtiã eius q̃ dat ofonẽ. nõ q̃ vñr icõueniẽs ꝙ dialecticus doceat cautelas ad alias metas put ꝛcludunr̃ p sillm peccãtez in mã. vezꝛ qꝛ vt in cõtinuatõe dcñ ẽ: hic dant̃ cautele ad oẽs metas: iõ dñe possum⁹ ꝙ cũ sillogizãdo flm habeam⁹ viã ad oẽm metã: dialectic⁹ vt ẽ obuiatiuus: ⁊ vt põt sillogizare flm viaꝫ hꝫ ad oẽm metam: pp qõ vñr posse tradere cautelas deseruiẽtes cuilibꝫ mete: vel dñe possum⁹ q̃ nll's põt soluere ligamentum si ignorat nodũ: vt vñr velle pbs. z. metaphice. si q̃ spectat ad artẽ soluere obligtates ⁊ docere rñdentez: spectat ad eam oñdere qõo fieri bñt tales obligtates ⁊ assignare cautelas p q̃s apte tales obligtates fiũt. qꝛ si malũ nõ vitat̃ nisi cognitum: q̃to magis cognoscit: tãto magis vitari põt. si q̃ scim⁹ qõo fiũt obligtates: ⁊ p q̃s cautelas apti⁹ fieri bñt: magis eas vitare poterim⁹. possum⁹ etiaꝫ tertio soluere: nã lꝫ nõ spectet ad artẽ vti obligtates: spectat tamen ad cã tradere notitiaꝫ de ipsa: q̃ q̃ B pbs tradit de sophisticationib⁹ magis dicit ea vt sophicationũ notitiam habeamus: ⁊ vt possim⁹ ea cauere: q̃ vt vtamur illis. possumus enĩ ea cognoscere ⁊ ea cauere in eo qõ dia⁰: fꝛ nõ ꝓpe possumus sophicatõibus vti nisi in eo ꝙ sophiste.

Cõ. p.

Rursum vt quod extra opinionẽ est dicat considerare ex quo genere est qui disputat: deinde iterrogare est quod pluribus hi dicãt: inopinabile est aũt singulis aliqd tale. Elemẽtum aũt horũ singulorũ sumere positiões in ꝓpõnib⁹.

¶ In pte ista dat pbs documẽta qb⁹ duci põt rñdẽs ad iopinabile. ⁊ duo facit. qꝛ p̃ ponit hꝫ documẽta sumpta ex pte nr̃a q̃ iterrogamur. 2⁰ ponit talia documẽta sumpta ex pte ꝓpõnũ p quas iterrogamur. 2⁰ ibi (Quedaꝫ aũt iterrogatiões) Ad euidentiã aũt p̃me ptis sciendũ ꝙ vt ad pñs spectat nos habem⁹ ordinem ad tria in qb⁹ põt eẽ diuersitas. habem⁹. n. ordinem ad doctores ad nos ipsos: ⁊ ad leges. qdã. n. regunr̃ a doctorib⁹ vt discipuli: ⁊ adiscentes. qdã regunr̃ a seipsis vt docti. qdã vo regunr̃ legib⁹ vt vulgares ⁊ ciues. in oib⁹ aũt bis reperiũr diuersitas: nã doctores ꝗdicũt doctorib⁹: ⁊ in seipso glibꝫ diuersitatez repit. qꝛ rõ ꝗdicit passioni. sic ẽt ⁊ in legib⁹ ẽ ꝗrietas: qꝛ leges legib⁹ cõtradicũt: ⁊ qꝛ vbicũq̃ est ꝗrietas ibi vñr diuersitas esse opinionũ. iõ pbs tria facit. qꝛ p̃ docet ducere rñdentẽ ad iopinabilia ex diuersitate doctoruꝫ. 2⁰ ex diuersitate nr̃a. 3⁰ ex diuersitate legũ. 2⁰ ibi (Amp̃. autez ex volũtatibus) 3⁰ ibi (Plurim⁹ãt loc⁹ ẽ) Circa pmũ duo facit. qꝛ p̃ ponit doctus 2⁰ docet ipm soluere. ibi (Solo vo hoꝛ) Dicit q̃ ꝙ rursuꝫ possum⁹ dñe ducere rñdentẽ vt dicat ꝙ est extra opionẽ: ⁊ vt B fiat ꝗsiderare õbem⁹ ex quo gñe. i. ex q̃ secta vl quos doctores segr̃ rñdens q̃ disputat. Deide interrogare õbemus aliqd ꝙ bi doctores quos sup. rñdens segtur dicunt

iopinabile pluribus. est. n. in singulis sectis aliqd tale. i. aliqd pluribus iopinabile. ⁊ qꝛ nulla secta pboꝛ fuit q̃ nõ cõsideret aliqd qõ erat extra opionẽ pluꝫ: leue erat ducere quẽlibꝫ de ista secta ad iopinabile. iõ subdit: ꝙ elm singulorũ hoꝛ ducẽdi. s. ad inopinabile est in ꝓpõnib⁹ q̃s iterrogamus sumere debem⁹ positiões extraneas pboꝛ: ⁊ ex illis arguere ꝗ eos q̃ sunt de illa secta. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Solutio vero horũ cõpatẽs fert: sed ostẽdere quoniaꝫ nõ ꝓpter orationẽ accidit improbabile: semper autẽ hoc vult qui contendit.

¶ Docet talia soluere dicẽs. ꝙ ꝗpetens solo hoꝛ eẽ fert̃. i. esse dñ oñdere: qm̃ illud iprobabile non accidit ꝓpter oronez. i. pp argumẽtatõem opponẽtis. semp. n. opponẽs q̃ cõtẽdit. i. q̃ certat ⁊ bellat. vult B. vz. q̃ illud iopinabile accidat ex ar⁰ suo. ¶ Notãdũ aũt ꝙ opponẽs nõ dñ vincere nisi cogat rñdentẽ ex vi ar⁰ ꝛcedere aliqõ incõueniẽs: nã si gra disputationis vel aliq̃ alia de cã rñdẽs ꝛcederet alicui qõ incõueniẽs nõ esset in B gloria opponẽtis. cuꝫ ergo aliqs de aliqua secta ducit̃ ad aliqõ iprobabile dꝫ dñe ꝙ B ẽ ex põne sua nõ ex argumẽtatõe opponẽtis. ¶ Deinde cũ dic.

¶ Amplius autez ex voluntatib⁹ ⁊ manifestis opinionibus: nõ enĩ eadẽ ⁊ volũt ⁊ dicũt: sed dñt qdẽ decoratissimas orones: volũt aũt ea q̃ vñr pdesse: vt bñ mozi magis q̃ viuere voluptuose dicunt oportere: ⁊ egere iuste magis q̃ diuitijs affluere praue: volunt aũt ꝗria.

¶ Docet ducere ad iopiabilia ex diuersitate q̃ ẽ in nobis. nã in nobis rõ ꝗriat̃ passioni: ⁊ vt plurimũ in occulto volumus ꝙ suggerit passio. in apto tũ logmur qd rõ dictat. nõ. n. facim⁹ qõ doeemus nec volum⁹ qõ logmur. duo q̃ facit. qꝛ primo ponit istud documentũ. 2⁰ adaptat ipm. ibi (Ergo eũ qui dicit) Dicit q̃ ꝙ amp. sup. aliud documẽtũ ducẽdi ad iopinabile est ex volũtatib⁹ q̃tũ ad id qõ suggerit passio ⁊ manifestis opionib⁹ q̃tũ ad id qõ dictat rõ. nõ. n. homines eadez volũt ⁊ dñt: fꝛ dicũt qdẽ decoratissimas orationes: volũt tñ ea q̃ vñr pdesse: vt dicũt magis oportere bene mozi q̃ voluptose viuere. ⁊ egere. i. esse pauper iuste magis q̃ praue affluere diuitijs. volunt autez nõ hec sed contraria. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ergo euꝫ qui dicit flm volũtates ad manifestas opiniones ducenduꝫ: euꝫ vero qui flm ad abscõsas: vtrũq̃ enĩ necessariũ extra opinionẽ ducere: aut enim ad manifestas: aut ad obscuras opiniones dicunt contraria.

¶ Adaptat documẽtũ ad ꝓpo⁰ dicẽs ꝙ eũ q̃ dic̃ volũtates. i. eũ q̃ asserit opionẽ illã quaꝫ suggerit passio ⁊ dictat sensus: ⁊ quã vult volũtas ducendũ ẽ ad manifestas opiones q̃s dictat rõ. euꝫ aũt q̃ rñdet flꝫ bas. i. flm bas manifestas opiones. ducẽdũ ẽ ad abscõsas q̃s vlt volũtas. vtrũq̃. n. i. vtroq̃ mõ nẽciuꝫ ẽ ducere ex opionẽ. sp. n. rñdẽtes vl dñt ꝗria ad mãifestas opiones vel abscõsas. ¶ Deide cũ dic.

¶ Plurimus autez locus est faciẽdi que extra opinionẽ sunt dicere: sicut ⁊ caliades in gorgia scriptus est dicẽs: ⁊ vere res omnes arbitrati sunt accidere in eo ꝙ flm naturaꝫ: ⁊ flm legez: ꝗria. n. esse nãꝫ ⁊ legẽ dñt: ⁊ iusticia flm legẽ q̃dez est bonũ: flm nãꝫ aũt non bonum.

¶ Ponit documẽtũ sũptũ ex diuersitate legũ. leges. n. ꝗdicũt nãe: ⁊ nã legib⁹. tria q̃ facit. qꝛ p̃ ponit hꝫ documẽtũ. 2⁰ adaptat ipm ad ꝓpo⁰. 3⁰ dat ꝗriam iter id qõ ẽ flm legẽ: ⁊ id qõ ẽ flm nãm. 2⁰ ibi (Opꝫ q̃ ad eũ) 3⁰ ibi (Est ãt eis) Dicit q̃ ꝙ plurim⁹ locus. i. freq̃ns loc⁹. ꝗdoneũ do⁰ facere dñe ea q̃ sunt ex opionẽ ẽ sic̃ dicebat caliades. i. ille bõ q̃ scriptus ẽ in gorgia. i. in illo li⁹ caliades. n. erat dicens siue dicebat ꝙ oẽs veteres arbitrati sunt accidere in eo qõ est flm nãm ⁊ flm legẽ. q̃ sup. talia sibi ꝗdicũt. iõ subdit ꝙ cõtraria oꝫ eẽ nãm ⁊ leges. talẽ enĩ iustitiã flm leges ꝓ esse qd bonũ qõ flm nãm ꝓ ẽ nõ bonũ. ¶ Notãdũ aũt ꝙ gorgias ẽ qdã liber plonis. cui⁹ ꝗsuetudo fuit libꝫos suos ĩtitulare a discipul' suis. Tyme⁰. n. ⁊ fedron ⁊ menon fuerũt discipuli plonis a q̃ ĩtitulauit dictos libꝫos. sic ẽt ⁊ Gorgias fuit qdã discipulus plonis a q̃ ĩtitulauit quẽdã libũ quez appellauit gorgiã. in illo aũt li⁰ scriptũ ẽ de q̃dã q̃ vocabat̃ caliades ꝙ ipse dicebat oẽs veteres ⁊ oẽs ãtiq̃s arbitratos fuisse legẽ ⁊ nãm eẽ ꝗria. ⁊ aliqd est bonũ fꝫ vnũ qõ nõ est bonũ flm aliud ⁊ eꝗ. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Oꝫ ergo ad euꝫ qdẽ qui dicit flm nãꝫ flm legez obuiare: ad euꝫ vo qui flm legẽ in nãm ducere: vtrũq̃. n. dñe est qõ extra opionẽ est.

¶ Adaptat q̃ B documẽtũ ad ꝓpo⁰ ⁊ ex ꝗrietate q̃ ẽ iter legẽ ⁊ nãm docet ducere ad iopinabile dicẽs. ꝙ ad eũ q̃ dic̃ flꝫ nãꝫ oꝫ obuiare flm legẽ. ad eũ vo q̃ flꝫ legẽ ducere ĩ nãꝫ obuiãdo ei p id qõ ẽ flꝫ nãm. vtrũq̃. n. i. ex vtraq̃ pte. s. tã ex pte legẽ q̃ ex pte nãe ꝓ ofe q̃ ẽ ex opi⁰. ¶ Deinde cũ dic.

¶ Erat aũt eis flm nãꝫ qdẽ verũ: flm legẽ autez qõ plurib⁹ videt̃. Quare manifestũ: quã ⁊ illi quẽadmodũ ⁊ qui nunc aut arguere: aut ad qõ extra opionẽ eẽt dñe rñdẽtẽ conabant̃ facere.

¶ Ondit qõo dñt id qõ ẽ flm nãꝫ ab eo qõ ẽ flm legẽ dicẽs ꝙ id qõ ẽ flm nãm ẽ verũ eis. i. apud eos. s. apud sapiẽtes: flꝫ flm legẽ ẽ id qõ vñr plib⁹. ⁊ qꝛ tã antigr̃ q̃ nũc conabant̃ opponẽtes ducere rñdẽtes ad iopinabile flm sapiẽtes: vl flm plles. iõ subdit ma⁰ eẽ ꝙ quẽadmodũ illi. i. antig. sic ⁊ q̃ nũc. i. moderni conat̃ arguere. i. redarguere rñdẽtẽ. aut facere ipꝫ dñe qõ ẽ ex opionẽ sup. vl sapiẽtũ vel pluriũ.

Dubitaret forte aliqs qd appellet hic pbs eẽ flm nãm ⁊ flm leges. ¶ Dõꝫ ꝙ flm quosdã B appellat flm nãm qõ nãm saluat. fꝫ leges vo qõ leges dñt: ⁊ B vt dñt ꝗria sunt. nã leges dñt latronez suspẽdi: nã vo ꝗdicit. qꝛ B nõ saluat nãꝫ: fꝛ tollit: fꝛ hoc stare nõ põt: qꝛ flm pbꝫ qõ est flm nãꝫ ẽ tale simplr. ⁊ apud sapiẽtes. qõ vo fꝫ leges ẽ qõ vñr plib⁹. ꝗstat aũt q̃ latronẽ suspẽdi est bonũ flm sniam sapientũ: ⁊ est bonũ simplr. fꝛ. u. fit malũ bui⁹ vt latronis. simplr tñ bonũ ẽ: qꝛ decorat res publicã. suspẽsio q̃ latronis si attẽdant̃ vba pbi magis ẽ fꝫ nãm q̃ ꝗ nãm. ¶ Sciẽduꝫ q̃ ꝙ flm pbm rhetoricoꝝ 2⁰. ⁊ ethicoꝝ 5⁰ duplex ẽ iustũ. flm legẽ ⁊ flm nãꝫ. vñ ⁊ cõiter cõsueuit distingui ꝙ duplex ẽ iustũ. s. nãle ⁊ positiuũ. pbs q̃ p nãm itendit ius nãle. p legẽ vo ius positiuum. qõ q̃ ẽ flm ius nãle est simplr tale: ⁊ ẽ flm sniaꝫ sapiẽtũ. qõ vo eis fꝫ leges positiuis. qꝛ aliquãdo ciues sunt ꝗditores taliũ. iõ que sunt flm leges sunt que videnr̃ pluribus.

Ulterius forte dubitaret aliqs. vtꝝ ea q̃ sũt fꝫ legẽ sint ꝗria bis q̃ sũt flm nãm. ¶ Dõꝫ ꝙ fꝫ ius nãle sũt q̃ recta rõ dictat: fꝛ leges positie vtplurimũ cui ꝗcurrit pficua. multa. n. sunt pficua ⁊ vtilia: quoꝫ dictat rõ. igr̃ flm nãꝫ ⁊ leges siue ius nãle ⁊ ius positiuũ in plurib⁹ oꝫ sibi inuicem esse ꝗria.

Ulterius forte dubitaret aliqs q̃r qõ ẽ fꝫ nãꝫ: dñ eẽ tale fꝫ sapiẽtes. qõ vo ẽ fꝫ legis. dñ eẽ qõ vñr plib⁹. ¶ Dõꝫ ꝙ vt dcñ ẽ q̃ sũt fꝫ ius nãle sũt talia fꝫ rõnẽ: fꝛ q̃ sũt fꝫ leges positiuas vtplurimũ sũt pficua ⁊ bona flm sensum. ⁊ qꝛ sapientes flm ꝙ hꝫ sunt: regunr̃ ratione. plures vo regunr̃ passione ⁊ sensu: populus vero ⁊ multitudo nõ ꝓcipiũt nisi sensibilia bona. bene er-

go dcñ est ꝙ que sunt fm nām ⁊ fm rōnes sunt talia fm sapientes: quevo sunt fm leges ⁊ fm proficua sunt que videnť pluribus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quedā aūt interrogationes habēt vtrāq; im probabilē esse responsiones: vt vtrū sapientib⁹ aut patri oporteat obedire: ⁊ expediētia facere aut iusta: ⁊ iniurias pati melius q̄ nocere.

¶ Docet ducere ad inopinabile ex diuersitate siue ex ꝛietate q̄ est in ipsa iterrogatione: ⁊ tria facit. q̄ ꝑmo facit q̄ dcñ est. 2° adaptat documentum ꝗ ad ꝓpo⁹. 3° reduc̄ hāc ꝛietatē ad ꝑcedentē. 2° ibi (Oꝯ aūt reducere) 3° ibi (Erit aūt ad ea) Dicit ḡ ꝙ q̄dā iterrogatōes hñt vtrinq; ip̄robabilē esse rñsionē. sunt. n. quedā iterrogatōes tales q̄les in ꝛeipsis hñt ꝛietates: ⁊ ex vtraq; ꝑte ꝯ'eē ꝛ eas ip̄robabilē rñsionem: vt si querať vtrū oporteat obedire sapientibus aut pri. ⁊ vtꝫ oporteat expediētia facer aut iusta: ⁊ vtꝫ fit meli⁹ pati iniuriā q̄ nocere. ¶ Notādū aūt ꝙ in oibus p̄dictis iterrogatiōibus est dare ꝛietatē. ⁊ qcqd rñdeť vel ꝛdicit plurib⁹ vel sapientib⁹: nā plures dñt ꝙ obediēdū ē pri: ⁊ ꝙ oꝯ expediētia facere: ⁊ ꝙ meli⁹ ē facere iniuriā q̄ pati. sapiētes vo dñt obediēdū eē sapiēt̄ib⁹ agēdū eē iusta nō eē faciēdū iniuriā: ſz magis patiēdū. ¶ Deinde cū dic.

¶ Oportet aūt ducere ad ea que pluribus ⁊ sapientibus sunt contraria. Naꝫ si dicat aliqs vt qui circa rōnes ad ea que pluribus: si āt vt plures in ea que his qui i rōne: dicūt enꝫ hi quidē ex necessitate beatū iustum esse: pluribus aūt ip̄robabile est regeꝫ non felicem esse.

¶ Adaptat hoc documētū ad ꝓpo⁹ dicēs. ꝙ in talib⁹ iterrogationib⁹ oꝯ ducere rñdente ad ea q̄ sunt ꝛia pluribus vel etiā ad ea q̄ sunt ꝛia sapientib⁹: nā si aliqs dicat vt dicūt q̄ sunt circa rōnes. i. vt dñt sapiētes: ducēdus est ad ea que videnť pluribus. si autem dicat vt plures. du⁹ est in ea q̄ videnť in his q̄ sunt in rōne. ⁊ subdit q̄uo sapiētes qui sunt in rōne ꝛdicūt plūbus dicēs. ꝙ hi. s. sapiētes dñt iustū ex nēcitate eē beatū. pluribus aūt nō vť sic. vulgares enī nō credūt iustū esse beatū: ſz diuitē. ip̄robabile est. n. apud eos regem nō esse felicē. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Erit aūt ad ea que sic sūt ip̄robabilia ducere idem qō ⁊ in eaꝫ que est secūdum naturam: ⁊ fm legem contrarietatem ducere: naꝫ lex opinio plurium est: sapientes āt fm naturam ⁊ ſz veritateꝫ dicunt: ⁊ ea quidē que sunt extra opinionem ex his oportet querere locis.

¶ Reducit hāc ꝛietatē ad ꝑcedentēꝫ dicēs. ꝙ ducere ad ea que sunt sic improbabilia. s. fm plures vel fm sapiētes idem erit qō ducere in eā ꝛietatē que est fm nām ⁊ ſz veritatē ⁊ fm legē: q̄ lex ē opio pluriū: ſz sapiētes dñt ſz nāꝫ ⁊ fm vitatē. Ultimo epilogat circa determinata dicēs. ꝙ ea que sunt extra opionem ex his locis. i. ex his documentis oportet querere.

CAPI. X.

E facere nugari qd dicimus: nugari iā monstrauimus.

¶ In ꝑte ista determiat pb̄s de meta nugatiōis. ⁊ duo facit. q̄ ꝑ supponit ex ꝑcedentibus qd sit nugari. 2° ex suppōne facta iuestigat do⁷ ad talē metā. ibi (Oes aūt bō) Dicit ḡ ꝙ dōm est de facere nugari: sed quid dicimus esse nugari: naꝫ mōstrauim⁹ in ꝑncipio huius libri. iō sup. nēce est ꝗ supponendū. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Omnes auteꝫ hmōi orationes hoc volunt facere si nihil differat nomē vel orationē dicere.

¶ Ex suppōne eius qō ē nugari inestigat do⁷ ad metā nugatōis. nisi. n. scirem⁹ qd est nugari nō possemus scire quō ꝛtingit venari nugatōeꝫ. suppōsito ḡ qd ē nugari: habem⁹ idoneitateꝫ ad inestigādū documēta p q̄ arguim⁹ ꝙ aduersarius nugať. duo ḡ facit. q̄ ꝑ ponit documēta p que fit nugatio vā. 2° p que fit appens. 2° ibi (Videnť āt facere) Ad euidentiā pme ꝑtis sciendu; ꝙ sic in falla fm plures iterrogatōes ex suppōne alicui⁹: vt supponēdo eodē mō diffiniri aliqd in singulari ⁊ in pl'ali ꝛigebat fieri vez eléchū: sic in meta nugatōis supponendo ꝙ idē significet nomen p se sumptū ⁊ alteri ꝛiūctū: vel qō idē significet nomē qō oro: ducit qs ad verā nugatōem. duo ḡ facit. q̄ ꝑ ait ꝑmittendā eē hāc suppōneꝫ. 2° qō dixerat manifestat p ex⁹. ibi (Duplū aūt) Dicit ḡ ꝙ oes hō ꝯones. q̄ sup. dicende sunt volūt ꝗ facere. i. volūt ducere ad verā nugatiōem. si sup. supponať ꝙ nihil differat oře nomē p se sumptū ⁊ oře orationes vel nomē p se sumptū vť alteri ꝛiunctū. ¶ Notādū aūt ꝙ differt oře nomen p se sumptū ⁊ oře ipm vt fač oronem: ⁊ ē ꝛiunctū alteri: nā duplū p se sumptū dat itelligere dimidu: ſz si duplū ꝛiungať cū dimidy nō vlterius dat itelligere dimidu: si ḡ nō differret duplū p se sumptū: ⁊ duplū ꝛiunctū dimidy. tūc duplū ꝛiunctū dimidy daret itelligere dimidy: sic dat ipm itelligere p se sumptū cū nō cōiungiť illi. eēt ḡ nugatio dōo duplū dimidy. q̄ bis ponere tur ibi dimidy. ⁊ qō dcñ ē de relatiuis vitatem bz in p se passiōibus. si. n. sym̄ ꝛiunctū naso daret itelligere nasuꝫ sicut dat ipm intelligere per se sumptuꝫ. tunc dicendo nasus symus esset ibi nugatio. esset. n. dicere nasus nasus canus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Bupluꝫ autem ⁊ dimidij duplum idē: si ergo est duplū dimidij duplu; erit dimidij dimidij duplū: ⁊ rursū si ꝑ duplo duplū dimidij pōať: ter erit dictū dimidij dimidij dimidij duplum.

¶ Ex suppōne p̄dicta. v3. q̄ nō differat dicto: vt est ibi nomē. i. vt sumiť p se: ⁊ vt facit oronez. i. vt ꝛiungiť alteri. docet ducere ad verā nugatiōem. ⁊ duo facit. q̄ ꝑ docet ꝗ in relatiuis. 2° in p se passiōib⁹. ibi (Et quozūcūq; subta) Circa ꝑmū tria facit. q̄ ꝑ docet ꝗ in relatiuis fm se. 2° in relatiuis fm suū genus. 3° ꝛcludit ꝗ vitatem hře in oibus relatiuis. 2° ibi (Et putas est ꝛcupiscētia) 3° ibi (Sunt aūt bō ones) Cōtinuet aūt sic. suppo⁷ est idē significare nomē ⁊ oronē: vel idē significare nomen p se sumptū ⁊ ꝛiunctū alteri. qō si ita ē: idē erit duplū p se sūptū ⁊ duplū ꝛiunctū dimidy: si ḡ duplū est dimidy duplu;. i. si p loco dupli pōt accipi duplu; dimidy bis poneret ibi dimidy. ⁊ erit dimidy dimidy duplū. ⁊ rursum si ꝑ duplo ponať duplum dimidy, ter erit ibi dcñ dimidy. erit. n. dimidy dimidy dimidy duplum. ¶ Notandū aūt ꝙ si semp ꝑ duplo possumus accipe duplū dimidy. poterimus arguere ifinitā nugatōeꝫ. ifinities. n. poneť ibi dimidy. ¶ Deide cū dicit.

¶ Et putas est ꝛcupiscentia delectationis: hoc auteꝫ est appetit⁹ delectationis: est ergo cōcupiscentia appetitus delectationis delectatiōis.

¶ Ponit 2⁷ ex⁷ in relatiuis fm suum genus dicēs. putas sup. ꝙ bene dcñ sit cōcupiscentia delectationis. si respōdeať ꝙ bene dicať ꝙ ꝗ. s. cōcupiscentia est appetitus delectationis. ꝛcupiscentia ergo delectationis nihil aliud ē q̄ appetitus delectationis. ⁊ ita nugatio. ¶ Notandū autem ꝙ appetitus est q̄ si genus ad ꝛcupiscentiā. appetitus enꝫ diuidiť in appetitū sensitiū ⁊ intellectiū. appetitus aūt sensitiu⁹ rursus diuidiť in irascibilē ⁊ ꝛcupiscibilē. sig ꝛcupiscētia est ad aliqd. q̄ appetit⁹ est ad aliqd segť ꝙ ꝛcupⁿ sit relatiū. q̄ suū gen⁹ ē relatiū. ¶ Notādū et ꝙ ꝛcup⁷ dat itelligere delectatiōem: ſz ꝛiuncta delectatiōi nō vlterius⁹ dat intelligere eā. iō dōo. ꝛcup⁷ delectatiōis nō ē ibi nugatio nisi supposito ꝙ idez significet nomē qō oro: ⁊ ꝙ nō differat ꝛcup⁷ per se sumpta: ⁊ vt est ꝛiūcta huic genitiuo delectationis. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Sūt aūt oes hmōi orationes ⁊ in ad aliquid: quecūq; non solū genera: sed ⁊ ipsa ad aliquid dicunť: ⁊ ad idem ⁊ vnū assignantur: vt appetit⁹ alicui⁹ appetit⁹: ⁊ ꝛcupiscētia alicui⁹ ꝛcupiscētia: ⁊ duplū alicui⁹ duplū: ⁊ duplū dimidij.

¶ Oñdit ꝙ in oibus relatiuis cōmittiť nugatio supposita suppōne p̄dicta. 2°. ꝙ hō orones du⁷. s. ad nugationē sunt oes que dicte sunt. ⁊ subdit ꝙ in ad aliqd quecūq; nō solū fm genera: ſz ēt ſz seipsa dñr ad aliqd. i. ad oia relatiua: tā ſz se q̄ fm suū gen⁹: si assignantur vnū ⁊ idē sup. nugationem faciūt: vt appetit⁹. q̄ est alicui⁹ appetitus. ⁊ ꝛcupiscētia. q̄ ē alicui⁹ ꝛcup⁷. ⁊ duplū qō ē alicui⁹ duplum. est. n. duplū dimidy. in oibus sup. talib⁹ ꝯmittiť nugatio. ¶ Notādū aūt ꝙ dicit (Et ad idē ⁊ ad vnū assignanť) q̄ vnū relatiuez nō dat itelligere aliud nisi determinate assignеť ad illud. vult ḡ oře ꝙ in relatiuis nō quocunq; mō acceptis ꝛmittiť nugatio: ſz vt assignanť ad vnū ⁊ idē. i. vt assignātur ad aliqd determiatū. q̄ hoc mō accepta relatiua dāt itelligere seipsa: ⁊ cōmittiť ibi nugatio supposita suppōne p̄dicta. Ex quo appꝫ. q̄ ala nō determinate dř relatiue ad aliqd q̄tūcūq; supponať ꝙ idē significet nomē qō oro non ibi erit nugatio. dōo ala auis. ¶ Notādū etiā ꝙ cū ꝛcup⁷ videať eē relatiū fm suū gen⁹. duplū vo sit relatiū fm se. iō in talib⁹ exēplificauit vt oñdat in oib⁹ relatiuis ꝛmiti nugationez si determinate ⁊ debite assignanť p suppōsita suppōne p̄dicta. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et quozūcūq; subiecta cū nō sint aliqd oino quozū sunt habit⁹ aut passiones: aut aliqd hi in oione eorū cum designanť predicatorez de his.

¶ Hic oñdit idē veritatē hře in p se passiōibus. ⁊ duo facit: q̄ ꝑ proponit qō itendit. 2° manifestat qō dixerat p exemplū: ibi (Ut abūdās est ibi nūer⁹) Dicit ḡ ꝙ subta quozūcūq; accñtia cū nō sint ad aliqd oino. i. ꝑter ꝗ ꝙ sint relatiua: si illoꝫ subozꝫ p̄dicta accñtia sunt bītus aut passiōes aut aliqd hō: vt dispōnes. ⁊ in rōne. i. in diffōne eorū p̄dicatorez. i. illoꝫ accñtiuez cū designanť vel cū signať: vt bz correctio greca de his. i. de subiectis. sup. in talib⁹ bz fieri nugatio. ¶ Notādū aūt ꝙ accñtiū q̄dā sunt p se: q̄dā vo per accñs in diffōne accñtiū p se ponunť subiecta. ſz in diffōne accñtiū p accñs. fm ꝙ talia sunt subta nō cadūt. vtrū aūt nulla sint accñtia talia. ita p accñs q̄rū nō sint aliq̄ subta p se non ē p̄sentis speculationis. sufficit aūt ad p̄sens scire ꝙ in diffōne accñtiuez p se ponunť subiecta: nō aūt in diffōne accidentiū p accñs nō cadit subm: vt ergo pb̄s ostēderet ꝙ nugatio ꝛmittiť in accñtib⁹ p se: ⁊ non in p accñs: dixit nugationē ꝛtingere in illis accñtib⁹ q̄ sic sunt habitus: aut passiōes aut dispōnes suboꝫ: ꝙ tñ in rōne eorez ꝛdesignanť de his. i. fit mētio de subiectis. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Ut abūdās est nūer⁹ mediū habēs: ē aūt nūerus abūdās: ē ergo nūer⁹ nāer⁹ mediū habēs.

¶ Manifestat qō dixerat p ex⁷. ⁊ duo fač. q̄ ꝑ adducit ad ꝓpositū ex⁷ mathematicū. 2° ex⁷ nāle. ibi (Et sym̄) Diť ḡ ꝙ abūdās. i. nūerus ꝑar est nūer⁹ mediū hñs. est āt nūerus abūdās. i. in abūdāti ⁊ in ꝑari intelligiť nūerus. bis ḡ dř ibi nūerus. abūdās ḡ nūer⁹ est nūerus numer⁹ mediū hñs. ¶ Notādū aūt ꝙ par nūerus diuisus in duo eq̄lia nihil remanet me⁷. de rōne. n. paris est ꝙ possit diuidi in duo eq̄lia: vt vult boeti⁹ in arismetrica sua. Impar āt cuꝫ diuidiť in duo eq̄lia: diuidētia nō euacuāt totū diuisum: ſz in medio remanet vnitas. ideo diciť impar eē nūerus medium habēs. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et si simū canitas naris est: est aūt naris simi est igitur naris naris cana.

¶ Oñdit hoc idē p ex⁷ nāle dicēs. ꝙ symuꝫ est canitas naris. est aūt syma naris. i. in symo itelligiť naris siue nasus. bis ergo ponetur ibi naris. ideo ꝛcludit. erit ergo naris syma: siue naris naris canitas.

Dubitaret forte aliqs. vtruꝫ posito vno relatiorum vt ē ꝛiunctū alteri det intelligere alterez: vt vtrū duplū ꝛiunctū dimidy det vlteri⁹ intelligere dimidy. ¶ Dōm ꝙ tota cā q̄re vnū relatiuez dat itelligere reliquū est ordo vel depēdentia vni⁹ ad alteruꝫ. Intellect⁹. n. non pōt itelligere aliqd ordinatū ad aliud vť depēdēs ab alio nisi intelligat illud ad qō ordinať vel a q̄ depēdet. Inde ē ergo ꝙ relatiua sunt siť nā. i. nāli itelligētia. q̄ vnū ē de itellectu alteri⁹. si ḡ ordo ⁊ depēdentia est cā ꝙ vnū relatiuez dat itelligere aliud: qñ relatiuū sumitur p se. q̄ ille ordo ⁊ illa depēdentia nō est terminata: de nēcitate dat itelligere reliquū relatiuū: ſz si accipiať relat⁷ vt alteri ꝛiunctū: q̄ illa dependētia iā ē terminata nō vlteri⁹ dat itelligere reliquū. duplū ḡ p se sumptū: q̄ dicať aliqd bñs ordinē vel depēdentiā ad dimidiū. iō dat itelligere dimidy: ſz si dicať duplū dimidy: nō vlteri⁹ ibi itelligiť dimidy: q̄ illa depēdētia iā est terminata.

Ulterius forte dubitaret aliqs. vtꝫ ꝑpa passio ꝛiūcta subo det vlteri⁹ itelligere subz. ¶ Dōm ꝙ obm itellectus est qō qd est ⁊ ꝑmū qō appēdiť ab itellectu ē ens vť eē. Cū ergo accñtia nō sint entia nisi q̄ sunt entis: accñs nō poterit eē obm itellectus nisi vt bz ordinē ⁊ dependētiā ad subm: cū nec sint qd nec sint ens: nisi q̄ sunt aliqd entis: vt q̄ sunt aliqd subi: sicut ḡ ordo vel depēdentia vni⁹ relatiui ad aliud ē cā q̄re vnū dat itelligere reliquū. sic ordo vel depēdentia accñtis ad subm est cā quare accñs dat itelligere ꝑpriuz subm. Si ḡ accñs sumať p se dat itelligere ꝑpriū subz. ſz si coniungať ei nō vlterius dat intelligere ipm. q̄ illa depēdentia iam est terminata. symum ḡ p se sumptū dat itelligere nasum. ſz dicendo nasus sym⁹ non vlteri⁹ itelligiť ibi nasus.

Ulterius forte dubitaret aliqs. vtꝫ spēs ꝛiuncta generi det itelligere genus: vt vtꝫ dōo aia bō: ꝗ ꝙ dico bō det vlteri⁹ itelligere aia. ¶ Dōm ꝙ nō est eadē cā q̄re relatiua sunt de itellectu relatiuez. vel subta sunt de itellectu accñtiū: ⁊ q̄re gña ⁊ superioza sunt de itellectu iferiorez: nā rela⁷ ē de itellectu relatiui: ⁊ subm de itellectu accñtis ꝑ ordinez vel depēdētiaez vt dcñ est. iō talia nō apposita itelligunť. apposita vo nō vlteri⁹ danť intelligi: q̄ ille ordo vel dependētia iā est determinata: ſz supioza sic sunt de itellectu iferiorez nō solū ꝑ dependētiā: ſz etiā ꝑpter identitatē realez. q̄tūcūq; ergo illa depēdentia fit terminata. tñ q̄ semp manet realis idētitas semp inferi⁹ dat itelligere suū supius. bō ergo p se sumpt⁹ dat intelligere al: ⁊ bō ꝛiūctus alali semp dat itelligere al'. ¶ Sciēdū tñ ꝙ ō hac mā in qbusdā nr̄is editōib⁹ theologicis diffu. q̄⁹ dixim⁹ vbi distinximus ꝙ al'r aliqd ē de intellectu alteri⁹: q̄ vel ē de itellū p vel 2°. ō itellectu. n. p̄ sūt oia ea q̄ realē idētitatē hñt ad ea de quoez sūt itellū: ſz de itellū scōdario dñr illa eē que nō hñt realē idētitatē ad alia: ſz ꝑ ordinē aliquez vel ꝑ aliquā depēdētiaez itelligunť in illis. fm q̄ hūc modu; loquendi supioza sunt de itellectu ꝑmo inferiorez: ſz subiecta respectu accñtiuez ⁊ relatiua respectu relatiuorū sunt q̄si de itellectu scōdario. Inde ē q̄ ꝙ siue iferioza accipianť p se: siue vt sunt cōiuncta supioraꝫ: siue qualircūq; al'r sp dat itelligere supioza.

nã cũ talia sint de intellectu eorũ p se ⁊ p̃ nullo mõ possunt accipi iferiora qn dẽt ĩtelligere supiora: ſz in accũtib⁹ ⁊ relatiuis nõ sic. respectu quorũ accipiũ ĩtellect⁹ q̃ſi scãrius. semp g̃ loco hois põt accipi aial rõnale: qz ipsa essentia hominis nihil ẽ aliud q̃ rõnale aiãl aiãl.n.rõnale ẽ diffo hominis simplr ⁊ nõ p additamẽta: ſz nõ semp loco symi possum⁹ accipe nasuz cauũ.nõ.n.est eadẽ cẽntia nasi ⁊ symi ⁊ nasus cau⁹ nõ est diffo symi simplr. ſz p additamẽta vt declarari bz.7.metaphysice. ex B g̃ app̃z veriſotiã eẽ põnem dicentiũ q̃ si spẽs pcedat gen⁹ est ibi nugatio: ſz ſi sequat nõ.dicũt.n.q̃ si dicim⁹ hõ aiãl nugatiõem facim⁹. Sz dicendo aiãl hõ nulla est ibi nugatio: ſz B stare nõ põt. dicebat.n.q̃ aiãl rõnale. simplr est diffo hois: ⁊ est idẽ qõ qditas ⁊ cẽntia ei⁹.cũ g̃ hõ nõ possit separari a ppria qditate: vel cẽntia p loco hois poterit accipi aiãl rõnale ppter qõ expressior ẽ nugatio dicẽdo aiãl hõ q̃ dõo homo aiãl: naz cũ dr aiãl hõ. si pro hoie accipiat aiãl rõnale idẽ erit q̃ aiãl rõnale: ⁊ qz statiz sic dõo. aiãl ꝯiũgit animali: valde expressa est ibi nugatio. ſz ſi dicat hõ aiãl. ſi pro hoie accipiat aiãl rõnale idez erit qõ rationale aiãl: B g̃ non ſit nugatio. qz nõ ita imediate aiãl ⁊ aiãl ꝯiungunt. In poematibus g̃ ⁊ in oratis locutionib⁹ vbi ppter aliquã venustatem sermonis tolerari põt locutionis aliqlis iproprietas sustinet B locutio aiãl hõ. ⁊ excusat p figurã q̃ dr appõ: sed semp est ipropria. tuz qz est nugatiua. tũ ẽt qz ibi duo substantiua imediate ⁊ sine copulatiõe cõiunguntur. ꝯz ergo q̃ si spẽs ꝯiungat generi: siue B fiat a pte ante: vt dõo hõ aiãl: siue a pte post: vt dõo aiãl hõ. ſp est ibi nugatio: vt ꝯz rationes pdictas. qz si tñ vellem⁹ pBi auctoritatẽ bre quõ ẽ nugatio cũ spẽs ꝯiungit ex pte post: vt cũ dr al⁹ hõ ſufficiat q̃ habet. 7.met.aPhice. vbi dr q̃ si symũ eẽt spẽs nasi. dõo nasus sym⁹: eẽt ibi nugatio. ¶ Esset aũt vlteri⁹ dubitãdũ vtrũ dria addita generi faciat nugatiõem: ſz qz B vlteriorem regrit ĩtellectũ ⁊ spãlẽ locuz bz in. 7.metaphice. iõ in aliud tẽs apponat. qz si ibi ꝯtingeret nos scribere B ⁊ alia siqua circa istã mãm vñr eẽ dimissa diffusi⁹ traderem⁹.

Lõ.19

Lõ.18

Lõ.18

Ulterius forte dubitaret aliqs quõ vez ſit q̃ nõ idẽ ſignificat nomẽ qõ oro.

¶ Dõm q̃ vt clari⁹ patebit in scõo vbi soluet ad nugationem: ſignificatio nois duplr põt accipi. ppie. ⁊ large. ppe aũt illud ẽ de ſignificatiõe nois qõ ꝑncipalr iportat p ipsz. large aũt ⁊ materialr põt eẽ de ſignificatõe nois. gcqd est ĩ ĩtellectu eius. ⁊ sic duplr põt accipi ſignificatio nois. sic duplr vitatẽ bz q̃ nõ idẽ ſignat nomẽ ⁊ oro: nã si accipiat ppie nomẽ nõ ſignificat idẽ qõ oro. qz p̃n⁹ p nomen vel p terminũ nõ iportat oro vel qd ꝯplexũ: ſz qd icomplexũ. si vo accipiat ſignificatio large: vt dicat ſignificari p nomen gcqd ĩtelligit p ipsz. tũc nõ est exponẽdũ q̃ nomẽ nõ ſignificet idẽ qõ oro. qz nõ ſignificat qd ꝯplexũ. põt tñ qd ꝯplexũ eẽ de ĩtellectu a⁹icui⁹ termini: vt de ĩtellectu ſymi ẽ nasus cau⁹. accepta g̃ ſignificatiõe large: vt ſi dr eẽ de ſignificatõe termini gcqd ĩtelligit p ipm. exponẽdũ ẽ q̃ nõ idez ſignat nomẽ qõ oro: qz nõ idez ſignificat nomẽ p se ſũptũ qõ in orone positũ vel alteri ꝯiuncũ. nã aliqd est de ĩtellectu nois p se sumpti qõ nõ est de ĩtellectu ei⁹: vt ẽ alteri cõiuncũ. ſym⁹.n. dat intelligere nasum si nõ ꝯiungat naso. si tñ ꝯiunctus ſit ei nõ vlterius dat ĩtelligere ipm.

Ulterius forte dubitaret aliqs. vt ꝯz idẽ ſignificet nom. ẽ sumptũ p se ⁊ ꝯiũctus alteri. ⁊ vr̃ q̃ sic. qz cũ semp nomẽ maneat idẽ semp vr̃ idẽ ſignare.

¶ Dõm q̃ vt pz p habita q̃tũ ad ea q̃ sunt de ĩtellectu nois p se ⁊ p̃ semp idẽ ſignat nomẽ p se ⁊ ꝯiunctũ alteri: ſz q̃tum ad ea q̃ sunt de ĩtellectu ſcãrio non idem ſignat ſpẽs p se accepta ⁊ ꝯiũcta generi: sicut nõ idẽ ſignificat accũs p se sumptũ ⁊ ꝯiũctũ subo ⁊ refert accipe relatiuũ p se: ⁊ vt ẽ ꝯiũctũ alteri relatiuo: qõ vo dr q̃ semp idẽ est nomẽ p se acceptũ ⁊ alteri ꝯiunctũ. ergo semp idem ſignificat.

¶ Dõm q̃ lz idẽ ſit nomẽ. nõ tñ eodẽ mõ ſumitur. iõ non eodẽ mõ ſignat.

¶ Deide cũ dicit.

¶ Videntur aũt facere nõ facientes: q̃ñq̃z eo q̃ nõ interrogãt si ſignificat aliqd p se dictuz duplz: aut nihil: ⁊ si aliqd ſignificat: vtrũ idẽ aut diuersum: sed cõclusionez dicunt statim: ⁊ videtur eo q̃ nomen idez: sit idem ⁊ ſignificare.

¶ In pte ista oñdit quõ fit nugatio appẽter dicẽs. q̃ opponentes vñr q̃ñq̃z facere nugatiõem: nõ tñ sunt faciẽtes: eo q̃ sup. in p̃n⁹ disputatiõis non iterrogãt si duplũ. vel si aliqd aliud bz ſignificet aliqd p se dcm̃ aut nihil. ⁊ si ſignat aliqd vt ꝯz sup. p se sumptũ ⁊ ꝯiunctũ alteri. ſignificet idez aut diuersum: ſz sup. absq̃ tali iterrogatione: ⁊ absq̃ eo q̃ supponat q̃ idẽ ſignificet nomẽ p se sumptũ: ⁊ ꝯiunctũ alteri: vel q̃ idez ſignificet nomen qõ oro: statim dr: ꝯnẽ. i. statim iferũt nugatõem ⁊ ꝯcludũt q̃ fuit nugatio dõo duplũ dimidũ: ⁊ vñr bñ dre: eo q̃ idẽ nomen sit duplũ per sumptũ ⁊ ꝯiunctũ alteri. ⁊ qz idẽ nomen est vr̃ idez ſignificare.

¶ Notãdũ aũt q̃ vt pz p habita lz sit idẽ nomen duplũ p se sumptũ ⁊ ꝯiunctũ dimidio: tñ qz non eodẽ mõ accipit non eodẽ mõ ſignat: ſz duplũ p se sumptuz dat ĩtelligere dimidũ. ꝯiunctũ vo nõ dat ĩtelligere ipz. nisi g̃ in p̃ncipio disputatiõis supponat q̃ idẽ ſignificet duplũ per se sumptũ ⁊ ꝯiunctũ alteri: dicendo duplum dimidũ nõ facimus nugatiõem: ſz videmur facere.

Dubitaret forte aliqs. vtruz ꝓsiderare de nugatiõe spectet ad sophistam.

¶ Dõm q̃ etiã ea q̃ sunt de ꝓsideratione aliaꝝ sciaꝝ: ſm ppa p̃n⁹ nõ ẽisti⁹ artis: ꝓsiderata tñ put i eis repit appẽtia ⁊ defect⁹ sunt de cõsideratiõe sophiste. ⁊ qz nugatio aliqñ fit. aliqñ vr̃ fieri ⁊ non fit: iõ nugatio sub hac rõne accepta põt esse de ꝓsideratiõe sophiste. pBs q̃ vt oñderet nugationez eẽ de ꝓsideratione sophiste: oñdit q̃ nugatio aliqñ fit aliqñ vr̃ fieri: ⁊ nõ sit.

CAP. XI.

Soloecismus autẽ quale qd est dictum est prius.

¶ In pte ista docet ducere ad metã soloecismi. ⁊ duo facit. qz p̃ ex pcedẽtib⁹ suppo nit qd ẽ soloecism⁹. 2° bac suppõne facta exegr̃ de intento. 2ª ibi (Est aũt B ⁊ facere) Dicit ergo q̃ quale qd ẽ soloecism⁹. dcm̃ ẽ pus. i. in p̃ncipio hui⁹ libri: dicebat.n. supra q̃ soloecism⁹ est ſm locutiõez barbarã logizare.

¶ Deinde cũ dicit.

¶ Est autem hoc ⁊ facere ⁊ non facientem videri: ⁊ facientem non videri.

¶ Exegr̃ de ĩtento. ⁊ tria facit. qz p̃ oñdit B q̃ ꝓsiderare de soloecismo põt spectare ad sophistã: ⁊ ad dialecticũ. 2° oñdit quõ magis ydonee possim⁹ ducere rñdentẽ ad soloecismũ. 3° qz vr̃ eẽ magna ꝯueniẽtia ĩter solo⁹ ⁊ figuraz dictionis dat dr̃iam ĩter ea. scõa ibi (Sũt aũt oẽs) 3ª ibi (Et quodãmõ silis) Ad euidentiã p̃me ptis sciendu q̃ sic supra dicebat de nugatiõe q̃ iõ est de ꝓsideratione sophiste. qz aliqñ fit. aliqñ vr̃ ⁊ nõ fit. sic dre possumus de soloecismo q̃ iõ est de ꝓsideratõe sophiste. q̃ aliqñ fit: ⁊ aliqñ vr̃ fieri ⁊ nõ fit. tria g̃ fac̃. qz p̃ ppo⁹ q̃ ſills aliqñ fit aliqñ vr̃ fieri ⁊ nõ fit. 2° qõ dixerat manifestat p exẽpla. 3° ex dictis ꝯcludit ꝯnez ĩtentã. s. q̃ ꝓsiderare de soloecismo spectat ad artẽ sophicã cũ in eo sit assignare appentiã ⁊ defectũ. 2ª ibi. (Quẽadmodũ cecilian⁹) 3ª ibi (Ma⁹ ergo qñ ⁊ ars) Dicẽ g̃ q̃ ẽ. i. ꝓ B solo⁹ facere: ⁊ ꝯtingit nõ facientẽ solo⁹ videri facere. ⁊ faciẽtẽ nõ videri facere.

¶ Deide cũ dicit.

¶ Quemadmodum Cecilianus dicit: si ficus

sit secunde declinationis: nã qui dicit ficus maturas soloecismum quidez facit ſm illum: non videtur aũt pluribus: qui vero ficos videtur q̃dem sed non facit. codez mõ si finis soluz masculini generis ſm quosdam: naz qui dicit certã soloecismum facit ſm eos.

¶ Manifestat qõ dixerat per exẽpla dicẽs. q̃ sicut cecilianus dicit. ficus ẽ scõe declinationis. ⁊ declinat hic fic⁹ huius fici. nã si ita est q̃ dicit fic⁹ maturas solo⁹ facit ſm illũ. nõ videt aũt pluribus. qz ſm plures ficus est q̃rte declinationis: ppter qõ accusatiu⁹ pluralis facit has ficus. ſm ergo hũc modũ videt q̃ bñ dicat ficus maturas. subdit aũt q̃ q̃ dicit ficos maturas. vr̃ qdẽ ſm plures q̃ faciat solo⁹ ſz nõ facit ſm cecilianũ. ponit aũt 3ª exempluz dicẽs q̃ si finis solũ est masculini gnis ſm quosdã. qz qdã ita dñt, eodẽ mõ. sup̃. poterit ibi ꝯtingere soloecismus. nã q̃ dicit certã finẽ soloecismũ facit ſm eos. q̃. s. ponũt finẽ eẽ masculini gnis tñ.

¶ Notandũ aũt pBm tria dixisse de soloecismo. primo qz aliqñ fit. scõo qz videt ⁊ nõ fit. 3° qz fit ⁊ nõ videt. ſm B posuit tria ex⁹: nã supponẽdo opionez ceciliani q̃ dicit ficus maturas solo⁹ facit: ſz nõ videt: q̃ vo dicit ficos maturas videt: ſz nõ facit. sic ẽt supponẽdo q̃ finis sit masculini gnis q̃ dicit certã finez facit solo⁹: ⁊ ẽt vr̃ facere qz finis ex mõ plationis vr̃ magis sonare in masculinũ q̃ femininũ.

¶ Notãdũ etiã pBm nõ curare de ex⁹. qz ficus est scõe ⁊ q̃rte declinatõis. ppter qõ accusatiu⁹ plalis fac̃ ficos ⁊ ficus: ſz forte magis ẽ scõe declinatiõis vt stat p arboze: ⁊ magis quarte vt stat pro fructu: vel forte B ẽ ſz antiquã grãmaticã q̃ ficus sit scõe declinatiõis: vt stat p arboze. antiq. n. dicebãt arbozẽ fici. moderni aũt tã p arboze q̃ pro fructu vtunt̃ ficu vt est quarte declinatiõis. sic etiã ⁊ finis nõ est masculini gnis tñ: ſz ẽ gnis incerti. declinat eni hic vel hec finis.

¶ Deinde cũ dicit.

¶ Manifestuz ergo: q̃ñ ⁊ ars quedaz hoc põt facere: eo q̃ multe orationes non colligentes soloecismũ: vñr sillogizare velut in elẽchis.

¶ Ex dictis ꝯcludit ꝯnem ĩtentã. nã si in soloecismo inuenitur appentia ⁊ defect⁹. qz aliqs fit ⁊ nõ videt. aliqs videt ⁊ nõ fit. ma⁹ est q̃q̃ ars q̃dã vt sophica põt facere B. i. soloecismũ eo q̃ multe oones nõ colluc⁹. i. nõ sũt sillogizantes solo⁹ vident ipm sillogizare velut in elẽchis. q. d. q̃ sit de elẽchis appentib⁹ bz eẽ ars sophica. sic de solo⁹ poterit eẽ ars sophica. qz in eis eẽ põt appentia ⁊ defectus.

Dubitaret forte aliquis quõ diuersimode bz ꝓsiderare ꝯ soloecismo grãmatic⁹ ⁊ sophista.

¶ Dõm q̃ grãmatic⁹ de soloecismo cõsiderat inquãtũ obuiat ppriis pncipiis siue proprius regulis ipsi⁹ grãmatice. vñ ab eo sic diffinit q̃ soloecism⁹ est vitium in ꝯextu ptiuz oronis ꝯ regulas artis grãmatice factum: ſz a sophista ꝯsiderat soloecism⁹ iquantũ apparẽter sillogizat ⁊ put vr̃ fieri ⁊ non fit.

Ulterius forte dubitaret aliqs. vtz ꝯz spectet ad dialecticũ ꝓsiderare de soloecismo.

¶ Dõm q̃ cũ sophista seruiat dialectice: ⁊ sit quedaz obligtas ei⁹ ẽt vt supra sufficiẽter tangebat: gcqd spectat ad sophistã ꝓsiderare vtẽdo ⁊ faciẽdo spectat ad dialecticũ ꝓsiderare tradẽdo artẽ ⁊ doctrinã. ars ergo sophica potest B facere. qz põt appenter sillo⁹ solo⁹. ars vo dialectica põt de B tradere doctrinã ⁊ artẽ.

¶ Deinde cũ dicit.

¶ Sunt aũt pene omnes apparẽtes soloecismi ſm hoc: ⁊ q̃ñ casus neq̃z masculinũ neq̃z femininum iudicat: sed neutrum.

¶ Oñdit quõ magis cõmode: vt quõ magis appẽter habz fieri soloecism⁹. ⁊ tria facit. qz p̃mo oñdit q̃ magis appenter fit ſm neutꝝ gen⁹. scõo ex B docet sillogizare ⁊ facere solo⁹. 3° docet ipm cauere. 2ª ibi (Dato g̃ sepe) 3ª ibi (Oz aũt pmutatim) Circa p̃mũ duo facit. nã p̃mo pponit qõ intendit. scõo assignat cãm dicti. ibi (Nã B masculinũ) Dicẽ ergo q̃ fere oẽs appentes soloecismi sunt ſm B. i. ſm neutruz gen⁹: qõ significat p hoc. ⁊ bz solo⁹ tũc sup. ꝯtingunt qñ casus neq̃z indicat masculinũ neq̃z fe⁹: ſz ꝓfundit vtrũq̃z ⁊ indicat neutrũ. q. d. q̃ in casibus indicãtib⁹ neutrũ genus potissime ꝯtingit soloecism⁹.

¶ Deide cũ dicit.

¶ Nam hic masculinum significat: hec autem femininum: hoc vero vult quidez neutrũ significare. Sepe autem significat ⁊ illa vtraq̃z: vt qd est hoc: calliopea: lignũ: cozuscus ergo masculini ⁊ feminini differũt casus omnes: neutri autem alij quidem alij autem non.

¶ Assignat cãz dicti dicẽs. q̃ B significat masculinũ hec femininũ. B vo neutrũ vult significare. ⁊ subdit q̃ sepe neutrũ ſignat vtraq̃z illa. i. ꝓfundit tã masculinuz q̃ fe⁹: vt si querat qd ẽ B. põt rñderi est calliopegia q̃ est fe⁹. vel lig⁹ qõ est neutrũ: vel cozusc⁹ qõ est masculinũ. ⁊ qz neutrũ sic ꝓfundit oẽ genus: ⁊ ẽt ꝓfundit casus. qz nõ ita bz casus distinctos: vt masculinũ ⁊ fe⁹. ideo apti⁹ per neutꝝ fit soloecismus appens. iõ subdit q̃ g̃ masculini et feminini differũt casus oẽs. neutri aũt aliq qdẽ casus differũt. aliq vo nõ.

¶ Notãdũ aũt q̃ ly g̃ masculini ⁊c. segtur ex pdictis: nã B significat masculinuz. hec femininũ. B neutrum: tñ in B pnoie hic hec hoc masculini ⁊ feminini sunt oẽs casus distincti. qz nũq̃z sunt ibi duo casus designãtes masculꝝ vl femininũ genus: q̃ habeãt silem terminationez. In neutro aũt non sic. segtur g̃ ex dictis q̃ masculini ⁊ fe⁹ casus pñt dici differre oẽs. neutri vo aliq qdẽ differũt. aliq vero non.

¶ Notanduz ẽt q̃ masculini ⁊ feminini dñr differre oẽs casus: nõ q̃ in oibus noib⁹ ita se habeat: sed qz B põt forte ꝯtingere. in neutro aũt nũq̃z B ꝯtingit. qz semp noiatiuus accusatiu⁹ ⁊ vocatiu⁹ ꝯueniunt: vel possum⁹ dre ⁊ meli⁹ q̃ nõ iunt aliq duo casus q̃ de neẽitate ꝯueniãt: ex eo q̃ dcm̃ gnant masculꝝ vel fe⁹: nã in talib⁹ magis est ꝯueniẽtia casuũ ex declinatione q̃z ex gñe. ⁊ ide est q̃ in aliqbus talib⁹ aliqñ 2ⁿ noiatiuus cũ vocatiuo. aliqñ vo genitiu⁹ cuz datiuo. aliqñ datiuus cuz ablatiuo ſm q̃ diuersimode variatur declinatio. vel ſm q̃ variant̃ ille grãmaticales regule. p se ergo loquẽdo masculini ⁊ feminini differũt casus oẽs qz in talib⁹ generib⁹ ſm q̃ bz sunt nõ habet aliq ꝯueniẽtia casuũ: ſz in neutro ẽt p se loquẽdo cõueniũt aliq casus: qz neutrũ genus ſm q̃ bz ꝓfundit noiatiuũ accusatiuũ ⁊ vocatiuũ: qõ pz: qz in oibus gnibus neutris saltẽ repit cõueniẽtia boꝝ casuũ.

¶ Deinde cũ dicit.

¶ Dato ergo sepe hoc sillogizãt quasi dictũ sit hunc: similiter ⁊ alium casuz pro alio. Paralogismus aũt fit: eo q̃ cõmune sit hoc plurium casuum: nam hoc significat quandoq̃z quidez hoc: quandoq̃z autem hunc.

¶ Docet sillogizare solo⁹ dicẽs. q̃ sepe dato B. i. dato noiatiuo sillogizãt q̃ñ dcm̃ sit bñr. i. quasi dat⁹ vel dictus sit accusatiu⁹. subdit aũt q̃ silr sup. 2ª sillogizare aliuz casum p alio. ẽ g̃ B doctrina q̃ possum⁹ in neutro facere solo⁹ sillogizãdo vnũ casum p alio. assignat aũt bz causaz dicẽs. q̃ paralogism⁹ fit ĩ talib⁹ eo q̃ B. i. eo q̃ gen⁹ neutꝝ sit cõe plurũ casuũ. iõ ait q̃ B. i. gen⁹ neutrũ: q̃ñq̃z q̃dẽ significat B. i. nominatiuũ: q̃ñq̃z aũt significat hũc. i. accusatiuũ: nam istos duos casus nominatiuũ. s. ⁊ accusatiuũ neutꝝ semp habz cõsimiles.

¶ Deinde cũ dicit.

¶ Oportet permutatū qdem significare cū est qdē hic: cū esse aūt būc: vt est coriscus eē coriscum: ⁊ in femininis sil'r noibus: nam in oibus simil'r est ⁊ eē facient dīiam.

¶ Ostendit quō ꝓtingit cauere solo⁹ dicēs. q̃ si volumus cauere solo⁹ o3 hō casus permutarim significare. qz cū est qdē B. i. cū idicatiuo sumat noiatiu⁹: cū eē aūt būc. i. cū infinitiuo sumat accusatiuus: vt ē coriscus q̃tum ad idicatiuū cui supponit noiatiuus: ⁊ eē coriscū q̃tum ad ifinitiuū cui supponit accusatiu⁹: ⁊ in feminino sil'r vt est musa esse musam: nā in noibus oībus cuiuscūq; gnis stat ē ⁊ esse. i. idicatiuus ⁊ ifinitiu⁹. simil'r faciet dīiaz. i. faciet distinctionem iter dictos casus. possum⁹ ergo cauere soloecismum quantū ad casum noiatinū ⁊ accusatiuū: sī ꝓiungam⁹ eos vel cum idicatiuo vel cū ifinitiuo: qz tūc o3 talia distincte supponere. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et quodāmodo similis ē in his soloecismus elenchis qui dicunt fm q̃ nō similia similiter: nam quemadmodum in rebus illius sic his in nominibus accidit soloecismum facere: nā homo ⁊ album: ⁊ res ⁊ nomen.

¶ Ut dicebat hic: dat dīiam iter solo⁹ ⁊ figuraz dictionis dicens. q̃ quodāmodo sil'is ē soloecism⁹ in his elenchis q̃ dicunt fm q̃ nō silia iterpretant sil'r. i. q̃ dūr f3 figurā dictionis: vt hz greca correctio. q. d. q̃ soloecism⁹ hz simil'tudinē cū figura dictiōis: ꝫ sup. differt ab ea: naz quēadmodū illic. i. in fallacia figure dictiōis fit deceptio in reb⁹ sic his. i. oīonib⁹ barbalogizātibus accidit facere solo⁹ in nominib⁹. nā tam homo q̃ albū ē res: ⁊ nomē: ⁊ vt talia dūt res. ꝓmittit ibi figura dictionis: ꝫ vt sunt noīa ꝓmittit soloecism⁹. est g̃ dīia iter pdicta: qz soloecism⁹ fit in noibus. sed figura dictionis in rebus.

Dubitaret forte aliqs. qz non videt q̃ figura dictiōis fiat in reb⁹. nā cū sit fall'a in dictione hz fieri in noibus nō in rebus. ¶ Dicendu; q̃ fall's dicit quēdā discursum ⁊ quendā motuz disputatiuū ⁊ terminus hui⁹ motus est meta. cū erge nō sit iconueniēs eiusdē mot⁹ eē plures terminos: dū tū ad illos terminos non ordinet ille motus cū ꝓmo. Ita non ē iconueniēs eiusdē fallī sophistici eē plures metas: dū tū ad illas nō eque pncipal'r ordinet. videm⁹. n. q̃ termin⁹ alterationis non solū est forma accūtalis: ꝫ etiā talis alterationis eē pōt termin⁹ forma subalis: ꝫ nō eque ꝛmediate. calefactio. n. q̃ se ⁊ pmo ordinat ad calozez: ⁊ termin⁹ calefactionis ꝛmediat⁹ est forma calozis. nihilomin⁹ tū est ēt talis terminus forma ignis, sic ēt motus solis ꝛmediate ordinatur: vt per cū acgrat aliqd vbi ex pūti vo ordinat ad illuminationē aeris, sic oēs fallī sophici fm ꝛtentionem sophistica; q̃ se ⁊ pmo ordinant ad redargutionem. ex pūti vo nō ē iconueniēs eos ordinari ad alias metas.

Ulterius forte dubitaret aliqs quō se hūt he mete adinuicē. ¶ Dōm q̃ inter ceteras metas vl'ioz est redargutio. nā vbicūq; est aliqua meta ibi pōt eē redargutio: si rīdens dixerit ꝓriuz illius mete: ꝫ non ꝓuert'. alicubi. n. ē redargutio vbi nulla alia meta ē p se loquendo. sufficit. n. ad B q̃ qs redarguat q̃ cogat ꝓcedet qd pus negauit: vl'negare qd pus ꝓcessit. vtrū aūt id qd cogit ꝓcedere vel negare sit fl'm vel iopinabile. vel sit ibi soloecism⁹ vel nuga⁹ nihil ad ppositū. Rursus falsum ⁊ iopinabile magis vl'es sunt q̃ alie due. naz B ꝓludi possunt p oēs fallas: ꝫ soloecism⁹ ⁊ nugatio nō sic. iter ceteras āt metas nugatio p pauciozes fallas ꝓcludit. īmo forte nō hz ꝓcludi nisi p fall'am accūtis. soloecismus aūt per multas fall'as ēt cōmode ꝓcludi potest. Sz p oēs fallas forte impossē est ipm cōcludere vel saltem nō apte nec cōmode per oēs fallas ꝓcludi habet.

Ulterius aūt. qz de redargutione ⁊ ēt de falso ⁊ de iopinabili non ē dubiū: quō per fallas cōcludi habēt. Dubitaret ergo forte aliquis quō nugatio ⁊ soloecism⁹ per fall'as ꝓcludunt. ¶ Dōm q̃ nugatio ꝓcludit per fall'am accūtis sic. gcūq; dicit duplū; dat itelligere dimidy: ꝫ g̃ dicit duplū dimidy. dicit duplū. ergo g̃ dicit duplū; dimidy dat itelligere dimidy. g̃ est ibi nugatio. qz bis dicit ibi dimidy. hic ꝓmittit accūs. accidit. n. duplo ⁊ extraneū est ab eo iquantū dat itelligere dimidy q̃ sit ei ꝓiunctū. g̃ ergo dicit duplū dimidy dicit duplū nō fm se: ⁊ vt dat itelligere dimidy. Sz vt ē coniunctū ei: ⁊ vt extraneū est ab eo q̃ det itelligere ipm. soloecismus aūt p plures fall'as ꝓmitti pōt. ꝓmittitur. n. per equocationē vt ois canis est iracūdus. celeste sydus ē canis. g̃ celeste sydus ē iracūdus: ⁊ ēt cōmittit p āphibologiā: vt q̃ tu vides. B tu vides: ꝫ tu vides alba. ergo tu ex fīs alba vides. vel vides columnā. g̃ tu ex fīs columnā vides. sic ēt ꝓmittit per compositionē ⁊ divisionē. qz in dicto palogismo: vt supius dixi mus non solū ē amphi⁹: ꝫ etiā al'r ⁊ al'r acceptus pōt eē cōpositio ⁊ divisio. cōmittit ēt p fall'am accūtis: vt ois xpianus est venot⁹ vel catholicus. mater tua ē xpianus. ergo ē venotus vel catholic⁹. Qz aūt ꝓmitti possit soloecismus p figurā dictionis non hz dubiū: ppter qō p oēs fallas in dictione fieri hz. per fall'as vo extra dictionez non cōmode fit nisi put coincidūt cū fallacys in dictione. ¶ Notādū āt q̃ qz meta redargutōis coincidit cū oīb⁹ alys. vt appareat dīnter quō sciēdū q̃ g̃ negaret hāc ofonē. hō ē albū: ⁊ fieret palogism⁹ g̃ dictus est: oē aial colozatū ē albū. homo est aial colozatū. g̃ hō ē album. B est redargutio. si accipiat B q̃ dico homo albū inq̃tū fuit pus negatū: ⁊ est ibi soloecism⁹ put dictōes ille nō debito mō cōiungunt. g̃ redargutio est ibi. vt hō ⁊ albū; accipiuntur material'r: put dīt aliqd ꝓius negatū: ꝫ soloecismus ē ibi magis: vt sunt quedā dictiones indebite ꝓiuncte. ⁊ qz hō ⁊ albū materialiter sumpta dicūt quasdā res redargutio fit ibi magis respectu rerū: ⁊ soloecism⁹ magis respectu noīum. ⁊ qz figura dictionis ordinat ad redargutionē. ideo forte dcm ē q̃ figura dictionis fit in reb⁹: soloecismus vo in noibus: ⁊ q̃ dcm est de soloecismo ⁊ de redargutione. quō diuersimode habēt fieri in eadē fallacia: itelligēdū est de omnibus alys metis. ¶ Ultimo cum dicit.

¶ Manifestum ergo quoniam ⁊ soloecismus tentandū ex his dictis casibus sillogizare. Species igitur sunt he agonisticarū disputationū: ⁊ partes spērum: ⁊ modi qui dicti sunt.

¶ Epilogat circa determinata. d. q̃ solo⁹ tētās est syllogizare ex dictis casib⁹. i. ex dictis vys. vel ex dictis casib⁹. i. ex casib⁹ ꝓfusis: siue ex casib⁹ neutri gnis: de qb⁹ iā sufficiēter dixim⁹: ⁊ sic epilogatū est q̃tū ad hoc capt̃z de soloec⁹. addit āt q̃tū ad epilogationē oiuz pcedētiū q̃ spēs. i. mete agonisticarū disputationū. B sūt q̃ dicte sūt. f. gnq; sic ēt partes hz spēz: siue hz metarū q̃tuz ad. xiij. fall'as ⁊ modi argūēdi q̃tū ad modos fall'arū: qz quidā sunt in dictione qdā extra dictionē. hz aūt modi sūt di qui dicti sunt. tam eniz de metis q̃ etiam de modis fall'arū ⁊ de partibus earuz est determinatū. CAP. XII.

Iffert autez non paz si ordinetur quodāmodo ea que circa interrogationem sunt vel lateāt velut in dialecticis.

